Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

SOPHONIAS.

est confisa. ad deum suum non ap
propinquavit. Principes eius in medio
eius: quasi leones rugientes. Iudices
eius lupi vespere: non relinquebant
in mane. Prophete eius vesani: viri
infideles. Sacerdotes eius pollue
runt sanctum: iniuste egerunt contra legem.
Dominus iustus: in medio eius
non faciet iniquitatem. Mane.
mane iudicium suum dabit in
luce. et non absconditur. Nescivit
autem iniquus confusionem. disperdi
di gentes: et dissipati sunt anguli
eorum. Desertas feci vias eorum. dum
non est qui transeat. Desolate sunt
civitates eorum. non remanente viro
nec ullo habitatore. Dixi: attamen
timebis me. suscipies disciplinam.
et non peribit habitaculum eius. propter
omnia in quibus visitavi eam. Verum
tamen diluculo surgentes corrupe
runt omnes cogitationes suas.
Quapropter exspecta me dicit dominus
in diem resurrectionis mee in fu
turum: quia iudicium meum. ut
congregem gentes. et colligam regna.
Et effundam super eos indignati
onem meam: omnem iram fur
oris mei. In igne enim zeli mei
devorabitur omnis terra. Quia tunc
reddam populis labium electum: ut
invocent omnes in nomine domini. et
serviant ei humero uno. Ultra flu
mina ethiopie inde supplices me
i. et filii dispersorum meorum deferent mu
nus michi. In die illa non confun
deris super cunctis adinventionibus
tuis. quibus prevaricata es in me. quia
tunc auferam de medio tui mag
niloquos superbie tue. Et non adicies
exaltari amplius: in monte sancto meo.
Et derelinquam in medio tui populum pau
perem et egenum. Et sperabunt in nomine
domini reliquie israel. Non facient
iniquitatem et non loquentur mendacium.
Et non invenietur in ore eorum lin
gua dolosa: quoniam ipsi pascentur. et ac
cubabunt. et non erit qui exterreat. [illegible]
Lauda filia syon. iubila israel: letare
et exulta in omni corde filia iherusalem.
Abstulit dominus iudicium tuum:
avertit inimicos tuos. Rex israel dominus
in medio tui. non timebis malum
ultra. In die illa dicetur iherusalem. No
li timere syon. non dissolvantur
manus tue. Dominus deus tuus
in medio tui fortis. ipse salvabit te.
Gaudebit super te in leticia. silebit
in dilectione tua: exultabit super te
in laude. Nugas qui a lege recesse
rant congregabo. quia ex te erant: ut
non ultra habeas super eis obprobrium.
Ecce ego interficiam omnes qui afflixe
runt te in tempore illo: et salvabo clau
dicantem. et eam que eiecta fuerat
congregabo. Et ponam eos in laudem
et in nomen. in omni terra confusionis
eorum. in tempore quo adducam vos. et in
tempore quo congregabo vos. Dabo enim
vos in nomen. et in laudem omnibus
populis terre. cum convertero captivitatem
vestram coram oculis vestris. dicit dominus
omnipotens. Incipit prologus super Ageum.

Ieremias propheta ob causam
periurii sedechie regis. ut
hystoria liber secundus paralip
pomenon indicat. qui fidem pro
missam nabuchodonosor regi chal
deorum non servavit. populum is
rahel refert cum conmemorato
rege israhel expugnata
iherusalem captivum babylo
niam fuisse productum. Sed cum
conmemoratus populus multis